SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 184v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

habet vilitatem in situ turpitudinem in aspectu
asperitatem in tactu Sed dignitatem in motu et
virtutem in ima in effectu. Dum enim arborem ad celum
directam floribus adornatam foliis numquam vesti-
tam fructibus plenam attendis plurimum admi-
raris cum tamen in tanta pulchritudine nihil existat
quod ex radicis humilitate non veniat et procedat
Sunt ergo per humilitatem bona celanda que semen
a terra separati et publice soli expositum extem-
plo fit aridum. Corallus est quedam herba val-
de mollis et tenera quamdiu cooperitur aqua Sed si
ad aerem in publicum trahitur mox in duriciam
lapidis commutatur. Talpa si a terra trahatur
et aeri exponatur citissime moritur. Piscis
extractus ab aquis vivere diu nequit quod in
eleppa maxima natura ostendit. Est igitur nobi-
litas ob hanc causam illi lapidi precioso per omnia
similis qui hominem invisibilem reddit et
ipsum occultando custodit. Est etiam stanno humi-
litas similis quod licet metallis aliis vilius esse
appareat alia tamen ab igne preservat. Unde ferrum
quamvis sit valde durum si tamen ad ignem sine stan-
no teneatur exuritur cum stanno servatur sicut
in sartaginibus demonstratur. Septimo humi-
litas est ab omni malo casu preservativa Similis est
medicine quod hominem preservat ab egritudine et conser-
vat in sanitate. Dum enim vir humilis in imo
loco se ponit ruinam refugit et a casu securum
se reddit. Nemo enim nisi ab alto cadit. Quare
ille qui in ymo se ponit ab omni casu tutus ex-
istit. Est enim regula per se nota quod quanto situs se-
dentis vel stantis est altior tanto ab eo casus
est gravior Et econtra quanto situs humilior terreque
proximior tanto casus est minor Ergo a situ hu-
millimo casus omnino est nullus. Cadunt enim sepius alti
montes Sed cadunt et colles Sed nullo numquam ruit